



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CIII. Der Bischof Heinrich bestätigt die Schenkung des Patronatrechtes über die Kirche in Görtzke an die Domherren in Rhode, am 9. Januar 1274.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

poralem, Heinricus plebanus in Arneborg et alii quam plures. Datum et actum in Arneborg, anno domini M^o. CC^o. LXXII^o. III^o. Nonas Septembris.

Nach dem Original.

CI. Bischof Heinrich von Brandenburg legt die Parochie der Stadt Roswig der dortigen Marienkirche und die Nicolaikirche dem Augustiner-Kloster zu, am 23. November 1272.

Heinricus miseratione divina Brandenburgensis Episcopus — excitati deuotione Illustris Principis Comitis Sifridi de Anhalt et honorabilis Matrone Domine Sophie fororis ejus consensu quoque Decani et Capituli Canoniorum in Coswik, Parochiam ejusdem oppidi cum omnibus suis proventibus transtulimus ad Ecclesiam Virginis Gloriose, Ecclesiam vero S. Nicolai cum Cymiterio fororibus ordinis Beati Augustini dedimus — hospitale etiam ejusdem oppidi dictis fororibus contulimus. — Datum Anno Domini MCCLXXII. IX. Cal. Decembris.

Nach Beckmann's vollst. Abdruck in der Anhalt. Hist. III., 319.

CII. Propst und Capitel in Rhode versprechen dem Domcapitel von der Kirche zu Görzke jährlich eine halbe Mark zu geben, am 9. Januar 1274.

Otto, dei gratia prepositus et totum capitulum ecclesie in Rhode — protestamur, quod in signum perpetue unionis ecclesie Brandenburgensi pro eo quod nobis honorabiles uiri prepositus et capitulum ejusdem Brandenburgensis ecclesie perpetuo de ecclesia Gortzeke synodalia relaxarunt, in dimidia marca Brandenburgensi argenti perpetuo annis singulis seruiemus, quam semper ad summam synodum preposito, qui pro tempore fuerit, per nostrum procuratorem faciemus sine impedimento quolibet presentari: et ne super his error aut dubium oriatur presentem damus litteram sigillo nostri capituli communitam. Acta Pritzerwe, anno domini M. CC. LXXIII. V. id. Jan.

Nach einer Copie im alten Copiaro.

CIII. Der Bischof Heinrich bestätigt die Schenkung des Patronatrechtes über die Kirche in Görzke an die Domherren in Rhode, am 9. Januar 1274.

In nomine domini. Amen. Heinricus, dei gratia Brandenburgensis episcopus omnibus in perpetuum. Quoniam propter humani generis conditionem debilem eis, que geruntur ab hominibus, propter eorum subitam mutationem semper solet obliuio novercari, sapide huic obuians ratio eadem sœuit scripturarum testimonio perhennare. Ad noticiam igitur omnium, tam presentium quam futurorum volumus pervenire, quod illustres principes Johannes, Otto et Conradus Brandenburgenses

marchiones, moti visceribus pietatis, intuentes inedia et paupertatem ecclesie Rodhe, ut canonici inibi deservientes eo commodius deo valeant deservire, eidem ecclesie in Rodhe et canonicis jus patronatus ecclesie in Gorzeke liberaliter donaverunt, nos vero dictorum principum pia commendantes opera et considerantes dictorum canonicorum turbationes, ex consensu nostri capituli dictam donationem confirmandam duximus ob reverentiam nominis Jhesu Christi et ut eorundem consolationibus tam nos quam nostrum capitulum intendamus eo plenius, eisdem canonicis in prefata ecclesia Gortzeke synodalia perpetuo relaxamus, ita tamen, ut preposito Brandenburgensi vel ei, qui nomine suo mittitur in presidenda synodo et dandis procurationibus, in eadem subserviant ecclesia, sicut ceterae ecclesie christiane. In recognitionem vero predictorum omnium dicti canonici ecclesie Brand(enburgensi annis) singulis in dimidia marcha Brandenburgensi argenti servient, quam semper ad summam synodum preposito Brandenburgensi, qui pro tempore fuerit, (presenta)bunt. Ut hec nostre donationis predictae confirmatio stabilis perseveret, presentem eis dari iussimus literam sigillo nostro et ca(pituli) nostri confirmatam adhibitis testibus idoneis: (Domino Petro) preposito Brandenburgensi, domino Johanne, priore de Brandenburg, R. scholastico Stendaliensi (ac aliis) fide dignis. Actum et datum Pritcerwe, anno domini M^o. CC^o. LXXIII^o. V. id. Januarii, pontificatus nostri anno XI^o.

Nach dem Originale, welches schadhast ist. Die eingestammerten Stellen sind willkürlich ergänzt.

CIV. Der Propst Peter erklärt, daß zwei Theile des Zehnten aus dem Dorfe Zachow dem Domcapitel verpfändet seyen, am 14. November 1282.

Petrus, dei gratia prepositus ecclesie Brandenburgensis — notum esse volumus universis, quod — cum felicis recordationis Albertus, quondam prefectus veteris civitatis Brandenburg, duas partes decime de duobus manfis in villa Zachowe, que nunc est proprietatis ecclesie Brandenburgensis, jure feodi aliquamdiu possidisset et per mortem ipsius ad Hinricum idem jus transivisset legitime nec non et ad alios filios suos heredes, duo ex ipsis filiis juniores, Johannes scilicet et Rodolfus, nati prefectisse antique relictæ dicti Al. que postmodum Johanni de Segefere fuerat copulata, dictum feodum, quatenus eos tangebatur, cum omni jure, non coacti, non illecti, in manus nostras ad usum jam dicti Henrici prefecti veteris civitatis Brand., confratris et coheredis ipsorum, libere resignarunt. Predictus vero Henricus prefectus sepeditum feodum, ex integro devolutum ad ipsum, videlicet duas partes decime frugum, arearum et animalium, non minus in campo quam in villa Zachowe pro septem marcis argenti, quas sibi mutavimus, nobis ex parte ecclesie pignori obligavit, hoc adjecto, ut ecclesia nostra dictam percipiente decimam, quam cito mutuum VII. marcarum dictus Henricus restituerit, directa via decima ad ipsum redeat ab ecclesia Brandenburgensi, sicut prius per ipsum in feodo possidenda. — Testes autem de canonicis nostris, qui interfuerunt, sunt hii Johannes prior, Kristianus, Hinricus de Gardelege, Hinricus de Belitz et alii quam plures. Et nos Walterus Flamingus, Engelbertus Symon, Johannes de Rathenowe, Walterus de Vifene, Hinricus dictus de Vifelere, cives veteris civitatis Brandenburgensis, predictis omnibus rogati interfuimus et sigillo civitatis nostre ea procuravimus consignari. Datum et actum in clauastro Brandenburg, anno domini M^o. CC^o. LXXXII^o. XVIII. Kal. Decembr.

Nach dem Originale.